

Quid igna aurea?

firmans, & roborans, significans sanctam disciplinam quae omnipotenti mem, phantasmam, corpus, omnesque motus componit, a vitiisque restringit: Deo, legique astringit. Est autem aurea, quia id facit, non per timorem, sed per Dei amorem.

QUAESTIO XLVI.

Quare Christus apparuit in medio Candelabrorum?

Christus apparuit in medio Candelabrorum, non sedens, sed ambulans, ut dicitur cap. 2. vers. 1. de quo ibi agam. Nunc quaestio inquit cur Christus apparet in medio, cum ipse sit omnium rerum principium, ac finis, Alpha, & Omega?

341. Christus omnium centrum. Isai. 12.

Respondeo. Primò, quòd Christus D. tam in veteri, quàm in novo testamento, medium tenet, tanquam utriusque centrum. In veteri testamento ait Isaias 12. n. 6. Exulta, & lauda habitatio Sion: quia magnus in medio tui Sanctus Israel. Sub Israel fidelem populum intelligunt Lyran, & alii, in cuius medio dicitur Christus ad eum sanctificandum. Et in novo testamento, Christum designans, ait Baptista: Medius vestrum stetit, quem vos nescitis. Joan. 1. n. 26. & Christus de se ipso loquens ait, Ego autem in medio vestrum sum. Luc. 22. num. 27. Inde Christus optima ratione apparet in medio Candelabrorum, hoc est, in medio Ecclesiarum, ut eam tanquam verum centrum aequalibus lineis gubernet, & protegat; idèoque homo factus, in medio orbis passus est, ubi sita Jerusalem creditur: juxta illud Psalm 73. num. 12. Operatus est salutem in medio terra. Tertull. lib. 3. Carmi. contra Marc. cap. 4. hic medium terra est, hic victoria signum. Ideo autem hoc factum, ut ibi moreretur, ut ait D. Thomas 3. p. q. 46. art. 10. Quia virtus Passionis ejus ad totum mundum diffundenda erat, in medio terra habitabilis pati voluit, idèst, in Hierusalem, qua dicitur esse umbilicus terra.

Joan. 1.

Luc. 22.

Psalm. 73. Tertull.

D. Thom.

344. D. Thom.

Psalm. 83. Summa Christi aequitas in omnes.

Psalm. 83. Hebr.

345. Richard.

Tertiò Richardus Victorinus: In medio est, ait, quia omnes electi opera illius recta cogitatione

pariter contemplantur, & cum pro viribus communi erant in unum. In medio est Christus tanquam ab omnibus fid libus inspiciendus, ut ipsum omnes contemplantur, ut eius exempla lectantes, eum imitentur. Quarta in medio apparet, ut verus iudex, ut bonis det praemium, malis poenam. Richardus Victorin. si bonis confert gloriam, ut malos damnet per poenam. Sic & Christus crucifixus est in medio latronum quorum uni dat praemium gloriae, alteri supplicium gehennae.

Quintò Galfridus Abbas tractat. 34 Non dissimulemus, ait, vel excusemus, in medio est, omnibus sese offerens, omnes vocans, quòd si ille in medio est, quid miser angulum quaris, aut erit tunc capias? omnibus sese Christus exhibet, medium omnibus offert auxilium, & exemplum postremo occasionem recedendi ab amico & proximo, quid exquiris? Quare quidem sapientia Dei delicta suas ait esse cum filiis hominum, mediator scilicet Dei, & hominum, medium solvens inimicitiarum parietem. Verè dicitur de Christo: deliciae meae esse cum filiis hominum: tamen quando homines delinquendo, ejus consortio indigni redduntur, ab eis recedit & longius fit: Tamen Joannes non alibi, sed in medio eum vidit, ut ostendatur, quòd nulla ratio subesse possit, ut cum non invocemus, ac miseriam diam ab eo petamus Non desperes peccator: Deum malè vivendo offendisti, adhuc sustinet, & si à te recedit, ut adhuc in medio tui sit; ut te revocet, te benignè recipiat, si tu redire velis.

Sextò Christus Pontificali habitu indutus, non alibi apparet, sed in medio Candelabrorum, nempe in medio Ecclesiarum, qua um ipse erat summus Pastor: ut ex hoc Praefules Ecclesiastici instruantur, intra fines suarum vicecesum contineri, & non extra eos vagari: ad quod nos exhortatur Christus dum ait, bonum pastorem se suis ovibus praebere audiendum, & videndum: audiendum quidem per verbum doctrinae: juxta illud: Oves vocem ejus audiunt, Joan. 10. v. 3. videndum autem per exemplum vitam: juxta illud: Anse eas vadit, & oves illum sequuntur. Ibid. n. 4. sic praefata verbi noster D. Cyrillus Alexandrin. lib. 17. in Joan. cap. 2. interpretatur. Atqui oves pastorem audire, & videre non possunt, nisi praesentem: Ergo manifestè jubet, ut praesentem suis ovibus se exhibeat Praeful, cum eisque assistens sit.

Septimò, Christus vestitus, ut summus Pontifex, apparuit in medio Candelabrorum, hoc est, Ecclesiarum, tanquam omnium oculis expositus, à quibus nullo modo effugere valet, aut in angulo se abdere. Ut inde discant Praefati, se esse in medio, omnium oculis, iudiciis, ac censuris obnoxios, indeque rectè agere, studiosè curent. Ait Zachar. 3. num. 9. Super lapidem unum septem oculi sunt. Quisnam sit iste lapis, nul ipliciter exponitur. Praefatum ac Pastorem Ecclesiasticum intelligit Petrus dam. lib. 2. Epistol. ad 5. rectè R. B. Episcopus: postquam adducit citatum locum Zachariae, ait: Lapis iste proculdubio illa petra est, ac qua verus Iesus Petro pollicetur, dicens, super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam. Septem autem oculi idèst, omnium oculi: septenarius enim symbolum universalitatis est, super Pastorem Ecclesiarum iunt, omnium oculi, ut ejus facta, ac dicta

Christus imitandus est ab omni vni.

346. Galfrid.

Deus paratus est in medio, ut peccatorem recipiat, si velit.

347. Praefati Ecclesiastici instruantur ad resistentiam.

D. Cyr. Al.

348. Praefatus omnium oculis est expositus.

Zachar. 3.

Damian.

minus panes multiplicat praeter necessitatem, ut potentia defensionem, eumque cogitandum relinquit, qui escam porrigit omni carni.

QUAESTIO XLVII.

Quare Joannes ait, non quod viderit filium hominis, sed similem filio hominis?

349. Christus in medio ut cor, & u. omnibus praesentissimum se exhibeat.

Psalm. 100. Titelm.

350. Exod. 3.

Deus in omni loco praesentissimus est suis.

351. D. Basil.

D. Basil. Seleuc. oration. 33. Ideo nunc Do-

dicta intueantur, contemplantur, ac observent, imitenturque: sic pergit cit. damianus loquens cum Cardinalibus. Vos ergo, dilectissimi, quibus datum est ex Apostolica sedis auctoritate corrigere, vosmetipsos ceteris non modo fidelibus, sed & Sacerdotibus, quandam vivendi regulam exhibete. In vita vestra legatur quid agi, quid vitare conveniat.

Octavo, Christus dom. exhibens speciem summi Principis, ac Sacerdotis, in medio Candelabrorum apparet: quia Princeps in medio populi debet esse ad instar cordis in medio corporis, u. omnibus membris vitam inspiret, eisque provideat; omnesque motus, ac facultates inducat, ac gubernet. In medioque erat, tanquam ex omnibus praesentissimum exhibens, omnibus se maxime adesse ostendens. ut omnibus provideret, regeret, ac prospiceret. David Psal. 100. n. 2. Perambulam in innocentia cordis mei, in medio domus meae. Titelm. ibi: Ecce ego, ait, ex munere gratia tua, studebam conversari in medio familiae tuae scum innocentia, justitia, & simplicitate, quasi pater in medio filiorum, quasi Dominus in medio servorum, quasi Pastor in medio ovium, singulos attendens, & considerans, singulis prospiciens domesticis.

Promisit deus suis Exod. 3. num. 17. Educam vos de afflictione Aegypti in terram Chananei, & Hebraei, & Amorrei, ad terram fluentem lacte, & melle. Ecce Divina beneficia populo pollicentur, & differuntur in terram illam, & tamen in deserto maxime divina largitas enituit: mare divinum est; manna in multa abundantia de caelo descendit: latices aquarum in sterilitate eorum non defecit nubes per diem, & columna ignis per noctem, & plura alia, & si Divina promissio pro donis exhibendis stabat in terra Chananeorum, cur extra illam in solitudine tanta largitas declaratur? Ut semper se Deus ostenderet cum suis, in medioque eorum, ut eos foveat, & regat: si enim solum in illa terra promissionis suam beneficentiam declararet, tantum ibi suis adesse existimaretur: ideo extra illam regionem in Aegypto, ac eremo multa fecit, ut testaretur, in omni regione, loco, ac parte cum suis esse, eisque provideat. D. Chrysol. homil. in dictum Apostoli: Nolo vos ignorare fratres, &c. Sic ait: Conclufurus illos erat in unum orbis locum, & visurus, ut sibi ibi perpetuo ministrarent. Ne igitur separata religionis ritu, providentiam suam illic concludi putarent, quasi unius regionis Deus esset, prius suam virtutem in aliena regione declarabat, in Aegypto, in Eremo.

Postquam Christus D. paucis panibus quinque millia hominum satiavit, discipulis ait: Colligite, quae superaverunt fragmenta. Joan. 6. n. 12. multiplicatio haec panum facta est ad turbas illas cibandas ad quid ordinatum, ut tanta fragmenta superessent? Ut ejus potentia, ac providentia ostenderetur, quòd sic in suorum medio erat, eisque praesentissimus aderat, ut non solum praesentes, sed etiam absentes, illoque non tantum pro illo tempore, sed etiam pro futuro satiare vellet: sicque declaratur, quòd pro eorum suorum necessitate ille sufficientissimus erat D. Basil. Seleuc. oration. 33. Ideo nunc Do-

Christus Domin. representabatur hic Joanne. Cur dicitur, similis filio hominis undenam potuit Joannes dignoscere filium esse hominis, vel ejus similitudinem gerere, qui apparuerat? Num ex capite? Equidem, caput ejus, & capilli erant candidi, sicut lana alba, & tanquam nix. At caput Christi aurum vincit fulgore. Num ex oculis? Profecto, oculi ejus tanquam flamma. Oculi ejus, oculi columbarum dicuntur Cant. 1. n. 15. Num ex facie? Certè, facies ejus, sicut Sol luget in virtute sua. At quis faciem Solis meridiano nitentis fulgore intuitus est? Non ergo potuit filius hominis ex micante facie dignosci. Undenam itaque cognitus est à Joanne? Crediderim ex manibus atque pedibus: Habebat enim in dextera sua stellas septem; & pedes ejus similes aurichalco. Agnitus est ergo ex manibus, ac pedibus; ex manibus ejus beneficiis, à quibus sui, tanquam stellae, conspicui, ac fulgurantes multis donis redduntur; ex pedibusque ejus ignitis amore, exultantibus instar gigantis ad currentiam viam salutis.

Quaestio tamen tota est: Christus passim dicitur filius hominis. Math. 16. Quam dicunt homines, esse filium hominis? Math. 8. Filius hominis non habet, ubi reclinet caput. Cur non dicitur visus filius hominis, sed similis filio hominis? Ad quod respondet, primò Gagnæus, Cornelius à Lapide Mag. Joannes la Hay: quod dicitur, Christum apparuisse similem filio hominis, hoc est, hominem. Homo enim hominum factus est, dum habitu inventus est ut homo. Phrasis Hebraica est, ut similitudo rei veritatem significet.

Secundò, dicitur, similem filio hominis, quia per omnia non erat hominis similitudo, quae apparebat: habebat enim pedes ex aurichalco, ut in camino ardenti: oculos tanquam flammam ignis: & vocem ut aquarum multarum: per quae exprimebatur, qualis Christus esset, non in se ipso, sed in suis. Sic Cant. 5. à numero 10. usque ad finem capit. describitur Christi species ac figura, non tantum prout ipse in se est, sed etiam prout in suis praefata, & illustra operatur, ut commentatur D. Greg. Nyssen. D. Paulin. D. Ambr. D. Greg. Philo Carpat. & Honorius.

Tertiò, dicitur, similem filio hominis, quia non Christus D. in seipso realiter, sed Angelus personam, & similitudinem Christi representans, loqueba ut cum Joanne, ac ei haec mysteria revelabat: sicut & reliqui dei vates in suis imaginariis, ac intellectualibus visionibus non rem ipsam realiter existentem intruebantur, sed ejus similitudinem per speciem representatam, quod

352.

Can. 1.

Christus agnitus est ex beneficiis ac amore.

353. Math. 16. Ibid. 8.

Gagnæus. Cornel. La Haye.

354. Christus ostenditur, prout erat in suis. Cant. 5.

D. Nyssen. D. Paulin. D. Ambr. D. Gregor. Carpat.

355.

